



**Tabulae Navfragii, Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae  
Blattarvm Inclementiam euasêre, de Festis ac Dominicis**

Tertia Navfragii Tabvla: Sev Echo Concionvm Aliqvot, Qvae Blattarvm  
inclementiam euasere, de Festis

**Bosquier, Philippe**

**Coloniae, 1615**

In festo S. Bar-ptolomæi.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56152)

*Causa resurgendi, quæ materialiter illam  
De se producet carnem, quæ primo (pro, primo)  
surgit,*

*Vndè resurgendi vis propagabitur ad nos.*

*Nec fas est etiã quod eat enus in minus alii  
Sistatur suus ordo gradu, quia quam Deus ante  
Secula donandam tanto prouidit honore.*

*Non opus est, vt eam velit exaltare gradatim,  
Sed simul assumet, simul & sibi concatinedabit.*

---

IN FESTO S. BAR. PTOLO-  
mæi Apostoli, Auesnis, 1614. 24. Augusti,  
in Templo superiore sub meridiem; po-  
scentibus Boskhierum Mercatori-  
bus, Diui illius clientibus.

*Thema: Scio quod Redemptor meus  
uit, & in nouissimo die de terra surrecturus  
sum, & rursùm circundabor pelle mea, &  
carne mea videbo Deum saluatorem meum  
quem visurus sum ego ipse, & oculi mei  
specturi sunt, & non alius. Reposita est  
spes mea in sinu meo. Iob 19.*

**D**. Lucas c. 6. enumerans Apostolos, & bino-  
ac binos semper faciens (Auditores, &c.  
coniungit Philippum & Bar-ptolomæum; ideo  
que tantò libentius de S. Barptolomæo hoc  
dicam ego qui Philippus dicor, in gratiam D. P.  
lip

lippi Patroni ac tutelarioris mei, tanquam de fide eius Achate & socio, ut sic Patronum meum tantò magis mihi conciliem, hoc amoris in suos testimonio. Qui enim amat me, amat & canem meum, ut ait D. Bernardus.

Et amici amicorum in amicis numerantur.

Dicendum

ergo hodie mihi

- 1. An D. Bar ptolomæus fuerit verè decoriatus, & de crudelitate Tyranni, & quos habeat imitatores;
- 2. Quid Bar-ptolomæum fecerit tam fortem;
- 3. Qui possimus D. Bar-ptolomæum bene imitari, & qui malè. AVE.

I.

An D. Bar-ptolomæus fuerit verè decoriatus; de crudelitate Tyranni; & quos habeat imitatores.

Multa, & magna (Auditores &c.) in D. Bar-ptolomæo laudare iure possim,

- 1. Genus sublime, & eius pro Christo contemptus, cum nos è parvis nati ad alta opesq; tendamus. Nam Regis Syriæ filium faciunt alii qui, M. Marulus lib. i. exemp. c. ex Abdiâ in eius vitâ: etiâ Textor in Offic. tit. Excoriati. Magnam reuerà regnum pro Christo contempserunt, omnium primum sine exemplo.
- 2. Studium fidei propagandæ, tã procul, in India sc. citeriore, & Armenia

R

nia

Laudari enim possit  
Diui huius

nia maiore, cuius Regem  
mum cum vxore, & 12. ciu  
côuertit, fidelis Terminari  
diligens prouinciæ suæ ad  
strator, qui Spartam suam  
ornauit, & desertum ac spin  
vertit in hortum voluptatis.

Quassauit muros illarum  
uitatum non tormentis bellis  
sed Veritate, vitæ sanctitate,  
emplis, miraculis, &c.

3. *Orandi diligentia.* Nam seruit eun  
centies interdium, toties noctu o  
rasse, genua flexisse. *Marullus li. 2.  
ex cap. 1.*

4. *Titulus honoris.* Dicitur est amicus  
Dei Omnipotentis, vel ore Decem  
nis hostis iuratissimi, quæ  
vinctum catenatumque tenuit.  
Hæc laus (*Amicus Dei*) maior  
omni laude.

5. *Fortitudo* tamen maximè comen  
danda: de qua nunc dicam, quoniã aliàs aliqu  
do de alijs egi, aut agere licebit; & his bellorum  
motibus aduersus hostes fidei, animandi estis ad  
dura quæque pro Christo patienda, vel militan  
do, vel Victoris insolentia, si (quod auertat Deus)  
vinci Catholicos contingeret, fortiter pro recte  
fide perferendo:

Ne dicam quam timendum à Turcæ barbarie  
Hollandis iam quoque cum illo (vt fama est) con  
federatis, & iam in armis stantibus, in eorum for  
tè gra

tè gratiam, si non rectà & directè, obliquè certè vt minimū, dum aurū & militem bello in Turcā sacro alioquī seruiturū hic consumendi autor est.

Et tractatus iste de fortitudine & martyrio Bar-ptolomæi, maximè ad mores facit, quò maximè soleo spectare.

Non enim suspendio, aut gladio, aut igne necatus est, vt citò mori posset, sed pellis detractio- ne, sed capitis obtruncatione.

Quin etiàm creditur in crucem actus, ibiq; obiisse. *Niceph. lib. 2. hist. cap. 39.*

Tribus horrendis supplicij generibus exantlatis, ter martyr dici possit.

Excoriari enim aliquis dicitur prouerbialiter, cum intoleranda quæque patitur.

Et optare alicui crucem, aut vt in crucem agatur, dirarum & imprecationum pessima est, crudelissima, & probrosissima. *Abi in crucē; vel in malam rem; vel ad coruos,* apud Comicos sapius legas.

*Maledictus omnis qui pendet in ligno*

Capite verò truncari, scitis quàm vos omnes perhorrescatis. quod tamen suppliciorum ipsius Bar-ptolomæi minimum fuit, & (vt vulgò dici solet) ictus gratiæ & clementiæ, quoniam dabat morte reliquos dolores prolixos semel ac citò finire.

Tripliciter Martyr hic noster fuit: Excoriat- us, Crucifixus, Obtruncatus. Baptistam enim & Iacobum, sola obtruncatio sub Herodibus duobus martyres fecit. D. quoque Catharinam & ceteros. Petrum & Andream sola crucifixio.

Excoriatio sola multò magis.

At hic noster vnus tria illa fortiter pro C  
sto est passus. Ergò.

Sed eccè mòx in portu adparet scopulus.  
Sunt enim, qui non satis credant, pellem e  
tractam.

Gerardus Listerius commentator Morizæ Em  
mi, sub finem, pag. 196. in illud: Est alius, què  
noris causa non nomino, &c. *Ille deceptus vocat  
pellium, quo historici pro castrensibus tentorijs vrũ  
quòd olim è pellibus solebant confici tabernacula, p  
cute humana interpretatur, præsertim cum illa ipsa  
Bartholomæi historia parùm habeat autoritatis.*

Erasmus alicubi mihi lectus (vr mihi videor  
recordari, at vbi, nec occurrit, neciam libros eiu  
habeo, quò recurram) vbi non satis Catholicè sen  
ferit de hac huius Sancti decoriatione.

Quamuis Erasmus nullo modo pro hæretico  
habeo, quem Catholicissime sanctissimeq; re  
tuum relatu Iurisperiti Licentiati alicuius abun  
docti nuper didici, sed velim fuisse parcio rem  
uectiuarum, Timidiorem paulò, & Cautiorem.

Tuenda tamen hic Veritas ista aduersus istos

Quæro ergò ex istis; cù hoc incredibile  
videatur?

An propter } 1. Crudelitatem nimiam, & in homi  
ne incredibilem?  
2. Impotentiam id faciendi?  
3. Insolentiam, & quod extrà omni  
vsum?

His enim ferè de causis multa non fiunt. No  
le, & Non posse, & Insolens aliquid videri, ob  
stan

stant, ne multa fiant.

\* 1. *Crudelitate nimiam? Certè nimia est.*

\* *Resp. j. Sed quid homine crudelius, cùm degenerat in bestiam?*

Nil homine tunc bestialius. Omnium bestiarum est bestialissimus.

Aristot. lib. I. Polit. *Sicut omnium animalium melior est homo lege fruens: sic omnium animalium pessimum, à lege & iustitia separatus.*

Beda in sent. Philos. citat Apoph. lib. 7. Ethic. *Homo bestialiter viuens, est centies millesies bestia peior.*

Feras omnes vincit crudelitate, quia ingenium & industria accedit ad vires, & ad iram. Excogitat, inuenit, somniat homo, pro rationis acumine & discursu, quod feræ non possunt.

Rex est ferarum, feritatum & pœnarum mirandus repertor.

\* ij. *Hanc decorati Barptolomæi crudelitatem credibilem faciunt crudelitates aliæ aut pares, aut fortè etiã maiores ab hominibus in homines profectæ.*

An non par, aut sæuius est, in summos digitos virguncularum, inter carnem & vngues acus infingere?

Attamen sic luerunt innocentes adolescentulæ, patris sui Dionysij Syracusani Tyranni iniuriis commissa facinora. Locrenses enim, patre earum regno deturbato, sæuitiam illius vlciscentes, ob stupratas ciuium suorum filias & coniuges, tenellas adhuc virgunculas illius filias quibuslibet stuprandas permiserunt: demùm nulla teneri se-

xus & innocētię ratione habitæ, adactis in vng  
manuum aculeis, inaudito dolore vsque ad m  
tem persecuti sunt. *Cælius.*

Vndè illud: *Heu cadit in quemquam tantum  
lus!* Vide *Paradinum* in *Symbolis Heroicis.*

Viuos homines aperire, & iecur vel cor ve  
dum dare aut osculandum, &c. nunquid scia  
Fit tamen.

*Quos genti Persarum placet Christianos turpi  
cubitu multare, umbilicum eis perforant, caput vitæ  
orum abstrahunt, ad stipitem ligant, & sic flagellando  
circumducunt, quoadusque extractis visceribus sole  
prostrati corruunt.* ait *Urbanus Papa, oration. apud  
Robertum Monachum lib. i. hist.*

Quid viuos homines torrere? At *Decius* ita  
*Laurentium* consumpsit.

Duo *Minoritæ* cōiunctim adfixi veribus, sic  
affati initio *Reg. Obs. Chr. Ord. F. Marc. V. lysis*

Quid binos homines in vacca aut tauro en  
tem in equo æreo, cui ignis candens sit subiecto  
includere, ne scilicet possent morientes euulato  
similes humanæ voci edere, sicque ad misericor  
diam inducere?

*Vaccæ Perillus*, equi *Aruntius Paterculus*  
uentor, & inuenti sui vterq; periclitator, primus  
sub *Phalaride*, alter sub *Aemilio Cenforino* Aeg  
stæ vrbis *Siciliæ Tyranno.*

*Ipsè Perillao Phalaris permisit in ære*

*Edere mugitus, & bouis ære queri. Ouid.*

*S. Pelagia Virgo* sub *Diocletiano Tar* si in bou  
æneo candente inclusa, martyrio coronata est.

Quid palo transfigere? quid viuum hominem



membratim confringere, triduumq; in rota finire, sensim vitam expirantem? At his tamē vtimur nonnunquam in grassatores inhumanissimos.

Quid homines coquere? Fittamen. De Atreo nihil dicam, quia vt à Poetis profectum, falsi suspectū esse possit. Oraculis breuiora dicā, & biblica.

Ptolemæus, cūm quinquaginta milia Iudæorū prælio occidisset, in Victoria prouinciam peragrans, militibus imperat, Iudæos, quotquot inuenirent dilaniare, atque in cacabos coquendos iniicere. *Brufon. lib. 2. exemp. c. 9.*

Sub Antiocho 7. fratres cum matre, in sartaginib. paratis ollisq; æneis succēsis periere, quisq; etiā ante hoc nescio quid horrendū passus. 2. *Mach. 9.*

S. Ioannes Euang. iussu Domitiani vinctus ab Epheso Romam perductus, iudicante Senatu ante portam Latinam in olei feruentis dolium missus est, etsi purior & vegetior indè exijt, quā intrauit. *Martyrol. Rom. 6. Maij.*

\* 2. *Impotentiam id faciendi.* Tenuitas. n. pellis humanæ multatio ferè par, aut bysso, & telæ aranearū; tāq; tenella est, vt integra disflui, aut auelli non posse videatur. Vix per partes grandiusculas.

At non ita est. Nā sepè ex pellibus Christianorū occisorū, zonæ militares & baltei fiunt à Turcis; & à Christianis vicissim è cute Turcarū in Hūgaria. Quod saltem in Christianis non laudo.

Nā Christianos nos esse, hosti ostendendū, & humanitate ad fidem inescandus est. Satis est, cæsū esse hostē in bello, aut captū c. b. r. u. c. a. r. i. suspēdi.

Hoc prou. priscū; *Latam zonam facere ex alieno corio,* insinuat, iam olim creditum, fieri id posse.

Herodotus lib. 4. de Scytarum barbarie  
 tarum crudelitas caput hostis in orbem amputat  
 aures, verticeq; sumpto excutit, deinde pellem  
 hit, & vbi manibus, ceu bouis corium, molliuit, tunc  
 mantile possidet, & habenis equi adpendit; sunt  
 multi qui consuunt & pro amiculis induantur. M  
 totos homines excoriatos supra equos circumferunt  
 fortè, vt nunc aurigæ canum aut luporum pedes  
 circum equorum colla & subiugia. Vallones  
 stri vocant (gorreaux.)

\* 3. Insolentiam, & quod extra omnem usum  
 Fateor (Auditores) non multas Gentes aut Ty-  
 rannos legas huc crudelitatis esse progressos, nec  
 sapè.

Sed tamen, vt monstra, quamlibet sint rara, ne-  
 ganda non sunt, sic nec excoriationes: nec dicen-  
 dum, sic in D. Bar-ptolomæum non esse sequitur  
 vt vt rarissimè sic in homines ab hominibus esse  
 debacchatum.

Monstrum crudelitatis quidem fuit ista deco-  
 riatio & pellis detractio, attamen fuit *Maiora vix capiunt fidem.* Sen. in Troad. A. 6. l.

Fuere deinde eadè passi, & antè Bar-ptoloma-  
 um aliqui, & post ipsum.

Bar-ptolomæus sic mortuus quidem, sed non  
 primus, nec vltimus.

*Sisannes* Iudex, Cambyfi Regi Persarum cha-  
 rissimus licèt, tamen ob sententiã, quam pecuniã  
 corruptus tulerat, ipsius Cambyfis iussu excoriat  
 tus est, eiusq; pellis ante tribunal Iudicum (gal-  
 siege Præsidual) exposita, vt ea conspecta Iudices  
 Præsides posterius aliena fruerentur insanis, & Iustitiam  
 tiam essent obseruantiores.

Filius huius miseri Iudicis Othanes dicebatur.  
 Authorem huius Herodotum plerique multi citant, & ego hæcenus vsus sc. aliena fide, quod tamen in meo Herodoto edit. Francof. in 8. etiã consulto eius hinc inde Indice, reperire nondum potui.

Inunc, & dic quia fieri nequeat aut non soleat, non esse excoriatum D. Bar-ptolomæum.

Cleomenes quidam Lacedæmoniorum Dux, quã ab Antigono victus profugisset ad Ptolemæum, ab eoq; primũ benignè exceptus esset, demũ Nicagoræ cuiusdam calumnia suspectus Regi factus, ab eodem excoriatus est.

Inunc, & dic quia fieri nequeat, aut non soleat, non esse excoriatum D. Bar-ptolomæum.

Satyrum quemdam nomine Marfyam ferunt suspensum & cute nudatum fuisse, quod tibiæ cãtu cum Apolline contendere ausus, victus sit:

*Clamanti cutis est summos direpta per artus,  
 Nec quicquam, nisi vulnus erat: cruor vndiq; manat  
 Detectiq; patent nerui, trepidãq; sine vllâ  
 Pelle micant vena, &c. Ouid. lib. 6. Metam.*

Manes etiã hæreticus, diuinam dumtaxat in Christo naturam ponens, à Rege Persarum, cute direpta, interfectus est, quod eius filium, vti receperat, morbo laborantem non sanasset.

Socratem ipsum audiamus lib. 1. hist. Eccles. c. 17. Manes impudentis mendacij debitas pœnas luit, idq; talem ob causam. Filio Regis Persarum in morbum delapso, pater omnem (vt dicitur) mouebat lapidem, quod filius è morbo recrearetur. Ac de Manete certior factus, & eius præstigias minimè fucatas esse ratus, tamquã apostolum accersit, spem animo concipiens, filium

morbo per eum lenatum fore. Accedit ille boni  
commentitij's prestigij's filium Regis adgreditur  
viderat puerum in manibus eius occubuisse, boni  
carcerem concludere conatur: debito supplicio ad  
parat. Iste fugit in Mesopotamiam: sicq; vita con  
Cum Regi Persarum nuntiatum esset, illum in illis  
tibus versari, inde arripiendum curat: iubet viuum  
coriari, pellem eius palea conferciri, ante portas ad  
di. Atque ista quidem nos ne utiquam consinximus,  
ex libro disputationis cuiusdam Archelai, Cascharam  
urbis Mesopotamiae Episcopi à nobis perlecta, excerpi  
mus. Ipse autem Archelaus ait, se cum eo coram dispu  
tasse. Atque ea, quae erant de eius vita scripta prodita,  
narrat.

Vbi nota illud (tanquam Apostolum accersit.)  
Nam hic Manes maniã atque arrogantia tanta  
prater Hæresin, laborabat, vt in epistolis suis A  
postolum appellare se auderet. *Ibidem.*

De hoc Manete etiam Suidas, & Volaterranus.  
Inunc, & dic, &c.

Turcis quoq; satis solennis ista crudelitas.

Ioann. Ramus lib. 2. rerum Turc, Tempore vi  
tima oppugnationis Constantinop. alios verubus adfixis  
torrebant, quosdam detracta cute, exuijs de humero  
suspensis, fame & inedia consumi patiebantur, nom  
lorum vulnera saliebant, vt diutissime cruciatus tor  
querentur.

Michael ab Isselt in hist. ad ann. 1578. Mulero Ma  
humeto occiso in prælio, Hametus eius patruus  
cutem detraxit, eamque stramine suffultam & sa  
litam, ad terrorem aliorum, per omnes regni pro  
uincias iussit circumferri. Inunc, & dic, &c.

Imò

Imò, imò Auditores, eadem Bar-ptolomæo potuerunt contigisse, & reuera contigerūt. Proh! hominis constantiam!

Maxima autem hic Tyranni crudelitas fuit, quæ à genere supplicij

1. Insueto,
2. Maximè sensili,
3. Studiosè factò sensibiliòri.
4. Diuturno,
5. Multiplicato.

\* 1. Insueto. Pauca enim gentes ac Tyranni (vt dixi) hoc supplicij genere suos adficiunt, nec eo multos, nec sæpè, nec ferè eos qui Iudicij quadam specie damnantur. Inhonestæ ea sunt vulnera, & tormenta præter suam asperitatem.

Nam Cutis est corpus neruosum, totam corporis superficiem exornas, atq; protegens, idq; decoris gratia, etiàm vt offensam & noxam omnem prohibeat. Galenus de Defin.

Vndè & pellem quoque dictam putant à pel- lendo, quòd externas iniurias repellat.

Est intima hominis vestis, & quasi subucula.

Est Tapes quidam cubiculi animæ.

Est cortex quidam arboris rationalis inuersæ, id est hominis.

\* 2. Maximè sensili. Ad carnes enim, venas, neruos, & ossa quoque ipsa locis quibusdam pertingit. Vnum qui toto corpore vulnus habet. Ouidius in Ibin,

Et si Plinij sensò cutis ipsa sensu caret, maximè in capite, vbicumq; per se ac sine carne est: vulnerata, non coit, vt in bucca ciliog<sub>3</sub>. Plin. lib. II. c. 39.

Sine multa carne non potest homini sua cutis excindi, aut detrahi, veste est tenacior.

\* 3. *Studiosè factò sensibiliòri.* Nàm non dicitur  
Astyages, totum cultris excoriari iussisse, sed  
lem vivo detrabi. Breu. Rom. 24. Aug.

Detrahendi autem verbo intelligo, fuisse  
mùm cultro apertum aliqua parte, homini  
lem, & trahendi initium datum: deinde cultro  
iecto, quod supererat per vim abstractum, ut  
coqui solent in anguillis, & piscatores in rami-  
ctioni præparandis, quod certè violentius est  
maioris doloris, propter adhæsiõnem nimiam  
lis ad carnes, & carniùm simul auulsionem, quã  
si cultris acutis totus homo decoriaretur.

Sentiat se mori, aiebat Tyrannus quidam præ-  
cus: & tunc quoque affectabat Astyages Regi  
frater, ut D. Barptolomæus maximè sentiret  
mori.

\* 4. *Diuturno.* Ut enim non statim moriturus  
bor, cui cortex suus circum circa detractus est  
sensim, etsi necessariò, seriùs aut citius, eide  
moriendum, ità, ut homo non mori non possit  
cùm semel excoriatus est, lentè tamen satis mori-  
tur, sanguine sensim effluente.

Deinde, aut frigore aut calore potest coagula-  
ri crustarique sanguis ac sisti, sicque mortem re-  
morari.

*Afiduo curata cuticula sole.* Persius.

Deinde; & ipsa excoriandi actio valdè diuturna  
na est, si cultris & arte fit.

\* *Multiplicato.* Nàm (si Nicephoro credimus)  
actus quoque est in crucem.

Tandem, & capite truncatus est, quod vni-  
satis erat etiã vel mortem benè meritò.

Supplicium, quod Bartholomæo quasi gratiæ  
(vt dici solet) & clementiæ ictus fuit, solum & per  
se grauissimum fuit.

Proh môstrum hominis! & crudelem coriari-  
um Aftyagem illum! ô Ianionem non feren-  
dum!

Quamdiu stabit hæc Bar ptolomæi pellis, tã-  
diu in ea vti in Pergameno scripta legetur tua bar-  
baries, pellionum crudelissime.

Vbicunque personabit memoria huius pellis,  
ibi quoque feritas tua audietur.

Tympani instar erit, inhumanitatem tuam v-  
bique personantis.

*Prorogat æternam feritas tibi Punica palmam.*  
Claudian.

\*Ceterum; habet & hic Aftyages imitatores  
suos in Christianismo, tam domi, quàm Militiæ,  
tam Pace, quàm bello; Iudices, Duces, Milli-  
tes.

Videtur tamen satis esse hominem è medio  
tolli, quarum quarum sit partium, cuius cuius sit  
Scholæ.

Cùm tot Perillis? Excoriando ne videre volunt  
cordis arcana? *Nudaq; direpta pateant & viscera  
pelle?*

Quid quærit excoriator hominis viui? An vt  
*intus & in cute* (vt dicitur) hominem nôrit? Fene-  
stram in homine vult *Momus: ille facit.*

An anatomiam vult perdiscere? & vnus in-  
genti malo paucis morbulis posse mederi?

An aquâ intercute durus medicus curare vult  
medicina crudeliore, quàm sit morbus ipse?

Ego

An de alieno corio ludere ludum regit  
*Exerces pretiosa odia & constantia magna.*  
 in ep. Didonis ad Aen.

Ego in causa religionis Christianæ ab ei-  
 di putem abstinendum; non à pœnis, inquam  
 ab eiusmodi.

Turcicum est, non Christianum per tantum  
 inferere, aut adserere quod sentias.

Turca in gladio plantat, rigat, fouet religio-  
 imò superstitionem suam; Christus contra ve-  
 bo, & sanguine suo ac suorum fundendo.

Ostendendum hosti, nos Christi agni mitil-  
 simi filios esse ac socios, id est Christianos.

*At non ille, satum quo te mentiris, Achilles*

*Talis, in hoste fuit Priamo. Virgil, 2. Aeneid.*

Sinamus nos Christiani Sacerdotes confil-  
 crudelitatis, idolorum Sacerdotibus, quales  
 qui Regis fratri Astyagi in Barptolomæu in-  
 uendi autores fuerunt.

*Non tali auxilio, nec defensoribus istis*

*Tempus eget. Virgil, 2. Aeneid.*

Auertimus Barbaros à suscipiendo Christia-  
 nismo, putantes leges & Legislatorem nostrum  
 velle tantam barbariem.

Quis enim velit ibi Christianus fieri, vbi ne-  
 mini nocere, sed aliquid minùs credere, sit capita-  
 le, excoriatione & ignibus dignum?

Quis etiam pauper in monasterium Benedi-  
 ctinum, et si locupletissimum & Vedastino Atre-  
 batenfi opulentius, adscisci velit, vbi Abbas sit qui  
 transgressiones omnes Regulæ, & Statutorum  
 cru-



eruce, suspendio, igne &c. plectat?

Et tamen ibi aleretur: non alitur tamen quisquam, quia Christianus.

Humana ingenia & generosissima quæque duci volunt non trahi.

Vel serui ipsi & mancipia venalia crudeliores Dominos auerfantur: cum liberaliter seruiant commodioribus.

\* *Præterea*, habet iste Bar ptolomæi Ianio & alterius generis imitatores, qui sine cultris egregie norunt laniare, ac decoriare suos Bar ptolomæos.

\* 1. *Exactores* nimios Corporis Reipub. scilicet, tributis malè imperandis, exigendis &c.

\* 2. *Concussores* priuatorum &c.

\* 3. *Milites insolentiores*, qui assata, frixa, & aquis benedictis, ut vocant, cocta agricolis; insuper & Philippeos, & aureos ante cibum vel post cibum imperant & extorquent, stipendium egregiæ operæ quam nauarunt comedendo.

Scuta aurea innumera cogentes in crumenam, cum vno vix scuto suo ferreo benè uti possint.

Aurum, credo, multum libenter gerunt, ut si non ferro more Romano, saltem auro redimere se possint.

\* 4. *Dominos rerum*, à subditis nimis importunas, ut in messe media, & nimis crebras vecturas (*couruees* vocant Galli) imperitates, & nescio quæ auxilia, subsidia, honoraria &c. quibus

*Tergora decipiunt costis, & viscera nudant.* Virg.

1. *Aeneid.*

\* 5. *Monopolas* rei frumentariæ maximè.

\* 6. *Mo-*

\* 6. *Molitores* iniquū poscentes aut vsurpatores  
 è plebeculæ farina, atque ità rem totam gerentes  
 vt vulgus passim fures dicat *Molitores*.

Id genus homines an non iure voces *Asteri-  
 renatos*, & *decoriatores miserorum*?

*Michææ 3. Violenter tollitis pelles eorum de  
 eis, & carnem eorum de super ossibus eorum. Qui  
 derunt carnem populi mei, & pellem de super excor-  
 uerunt, & ossa eorum confregerunt.*

Et hi quidem sæpè vestes gerunt sericas in  
 culis hominum, sed in oculis Dei sunt pellice  
 tantum, & quidem ex pellibus *Rusticorum*, *Sub-  
 ditorum*, &c. adhuc cruentis.

Gerunt ad pompam ac præsidium bubalinor  
 thoraces (gall. *buffles*.) deargentatos, auratos, &c.  
 aduersus ictus hastarum, & gladiorum punctu-  
 rædentium.

Gerunt bealteos & zonas coriáceas vermibus  
 tas argento, &c. & in equis ephippia nobilia, scut-  
 as, tabernacula pellicea, &c.

Non sunt, non sunt illa ex bubalo, non, sunt  
 pellibus Christianorum, & *Bar-ptolomæorum*  
 illorum, quos extorsionibus, concussionibus, &  
 pinis &c. decorauerunt.

Quot pendentes in perticis vestes habent, tot  
 hominum pelles indè crede pendere.

Plautus in *Menæchm. Quasi supellex pellionis pe-  
 lus palo proximus est.*

Et nobiles quidem ac *Dominos* dici se ac scri-  
 bi volunt.

Vt *Dominos* ego id genus homines vocem?  
 Imò verò *Laniones*, & vilissimos *pelliones* (gall.  
 pel-

peletiers)& Coriarios(gall. *courayeurs.*)

Ità naturâ comparatus sum, vt nesciam homo simplex res alijs vocare nominibus quàm suis; fures, fures: prædones, prædones: laniones, laniones, &c.

Pellibus pardi, aut pantheræ, vestiri maculosis & versicoloribus (gall. *d'hermines*) gloriantur; sed eæ pelles sæpè ferarum non sunt, sed mitissimorū hominum, sed innoxiorum.

Feras eas non audent sic ferro inuadere, premere, & decoriare, vt homines,

Egregij milites profectò, qui semper sub pellibus, sed sub pellibus miserorum rusticorum: ideo quæ longè periculosius sub istis pellibus viuentes, quàm sub stauis, propter clamores pauperum in cœlum,

Ego nec in pelle eorum, nec sub ipsorum pellibus esse ac stare vno die auisim metu Dei vindicis pauperum.

Ornatiores certè tutioresque multò apud Deum essent, si incederent vestiti innoxie tunicis pelliceis, qualibus olim Adam, & Eua à Deo vestiti. *Genes. 4.*

Aut vt Elias, aut vt Baptista: id est, vilioribus, sed magis innoxijs, & iustius comparatis.

Gloriosiores quoque ac splendidiores apud homines forent, si pelle leonis aut vris à se occisæ instar Herculis tegerentur.

Mihi ille miles non paulò terribilior,

— quem fulua leonis

Pellis obit totum. *Virgil. 8. Aeneid.*

Cui pellis latos humeros erepta iuuenca

*Pugnatori operit. Idem. Aeneid. II. qui quæ  
prælium procedit.*

*Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrfa. Idem  
Aeneid. I.*

quàm quem serica vestis, aut bubalinus thorax  
auro illusus vndique tres plus minùs latos digitos  
ornat, emptus aut comparatus, pretio aut permuta-  
tatione tot pellium miserorum mortalium, quæ  
ruri & domi decorauerunt.

Quid? ego Astyage quoque ipso vitiosiores  
niones istos censeo.

\* 1. *Nàm vnicum fortè in vita Bar-ptolomæum  
cutè ille exiit.*

Isti verò plurimos & repetitò eundem sapi-  
tùs, cum eunt redeuntq; toties instar Euripi.

\* 2. *Et credidit se bene facere.*

Credidit gratum sacrificium se præstare Deo  
Astyages.

Ita olim Christus fore suos præmonuerat.

Iohann. 16. *Venit hora, vt omnis qui interficit me  
arbitretur se obsequium præstare Deo.*

Itaque studiosè vt sacrificijs operans pelle  
hostiæ suæ detrahi voluit, deindè obtruncationem  
in frustra concidi, vt Leuit. I. fieri iustum fuit.

Isti verò nostri hæc faciunt multum repug-  
nante Conscientia.

\* 3. *Sacerdotes idolorum hùc Astyagem imi-  
târunt, vt parùm alioqui zelantem suæ religio-  
nis.*

Isti verò & conscientia reclamante, & Sacer-  
dotibus ac Concionatoribus omnibus reclaman-  
tibus has suas exercent pauperum lanienas.

\* 4. Iste Bar-ptolomæo nihil repugnante, qui à Magistro didicerat pati se duci ovis instar ad victimam, & coram tondente se obmutescere. Ità enim & Magister Christus coram tondente se obmutuerat. *Caduntur gladijs more bidentium,*

*Non murmur resonat, non quærimonia.* Breu. Ro. hymno de plurib. Martyr.

At isti rusticis deprecantibus, lachrymantibus &c. ità sæuiunt.

\* 5. *Astyages* in exterum gente & religione, imò religionis suæ euerforem.

At nostri isti in ciues, socios, fratres, &c.

*Tros Tyriusque illis nullo discrimine habetur.*

I. Aeneid.

\* 7. Deindè, cùm proverbio nostrate dicatur eum tam lamionem agere qui pedes tenet, quàm qui excoriat, etiàm *Astyagis* imitatores sunt. *Calculæ* ipsi & ministri talium, & æquè peccant cum Dominis suis, quum eis cooperantur suo modo. Aut si *calculæ* ipsi sunt, qui insolenter rapiunt petasones, pullos, vestes, aurum, ferrum, &c. ipsi certe Domini non innoxij, qui dissimulant, & allatis vescuntur, vtuntur, &c.

\* 8. *Centuriones*, Prætores castrenses hic nimium coniuentes.

*Qui non vetat peccare cùm possit, iubet.* Seneca in Troade, Act. 2.

Rom. 1. *Non solum qui ea faciunt, sed etiã qui consentiunt facièntibus.* Qui autè tacet cõsentire videtur.

Ergò ô Milites, audite Baptistæ magni monita: *Neminem concutiatis, & calumniam faciatis: & contenti estote stipendijs vestris.* Luc. 3.

S 2

Vos

Vos Publicani, exactores, portitores, moltores, &c. *Nihil amplius quàm quod constitutum est vobis, faciatis.* Luc. 3.

*Minimum decet libere cui multum licet.* Seneca Troade Act. 2.

Si perhorrescitis Astyagis factum; si nomen Iustitiae dedignamini; si laniena illa vestra iustitia est ac crudelior illa Astyagis, à tot causis iam deductis, alijsq; fortassè potentioribus, sed mihi non occurrentibus: quæso, abstinete, ac provideat gloriae hic vestrae, æternæque in posterum salutis maiore deinceps æqui bonique, & humanitatis iustitiam homines, studio.

Facietis spero.

*Non obtusa aded gestatis pectora Pani.* Virg. Æneid.

## I I.

*Quid Bar-ptolomæum fecerit tam fortem.*

At quid inter hæc vir Sanctus? Stabat tanquam Marpesia cautes, similis nihil sentienti, ut dicebat possit: Percusserunt me, & vulneraverunt me, & tulerunt pallium meum custodes murorum, (Cant.) & non sensi. Conscidisti saccum meum, & circumdeditisti me letitia.

Fortissimus profectò Apostolorum Bar-ptolomæus, ut quo nullus passus est tormentum maius, (opinor.)

At vndè ille tàm fortis? Dicam. à	}	1. Generis nobilitate;
		2. Spiritus Sancti presidio;
		3. Amore Christi;
		4. Christi instigatione;

- 5. Eiusdem praitione;
- 6. Spe certissima Resurrectionis;
- 7. Innocentia.

\* 1. Generis nobilitate. Meminerat regiae stirpis suae, quam fortia agere & pati oportebat.

Et fortia agere & pati Romanum est, aiebat ille: addo, & Regium.

Generosa in ortus semina exurgunt suos. Senec. in Troade Act. 3.

Fortes creantur fortibus.

Vt aliquandò fortes non sint orti Regibus & Patritijs; vt ignavi sint ipsi & ad fortia tergiuersentur, tamen nolentes volunt, ne degenerasse dicantur, & maioribus tenebras offudisse.

Illic corripit & corrigit Natura Personam.

\* 2. Spiritus Sancti presidio. Fœminas ouesque ante Pentecosten, post Pentecosten viros vidisses, & leones.

Tunc Deus in medio eius non commouebitur. psal.

Ignis ille diuinus ita illum intus accenderat, & caniculares æstus immiserat, vt instar acutè febricitantium se fortior esset, nullum tegmen, non vestem suam pati posset.

\* 3. Amore Christi. Omnia vincit amor. Omnia donat Amor. Ideò & nudus pingitur.

1. Regg. 28. Expoliam se Ionathas tunica, qua erat indutus, & dedit David. A mantes prodigi sui.

\* 4. Christi instigatione, ibi: Estote prudentes sicut serpentes, &c. Serpentis ea prudentia prima est, pellem veterem exuere, vt sub noua viuat diutiùs & videat acutius. Altera; omnia ictibus obijcere, dum caput seruet. quasi pellem pro pelle dans, &

omnia pro anima sua.

Humanitùs quoque pellem pro pelle dante tingit, quia sæpè dum venire ictum contra faciem cernimus, manū palpebris obponimus, ut ab ictu oculos defendamus, & corpus vulneri obijcimus, ne in corpore teneriori vulneremur. *Vide Greg. moral. c. 2.*

Barptolomæus ergò ut æternùm viueret: clariùs Deum videret: ut animam seruaret & bibe non timuit pelli suæ.

Arcta salutis via audita, attenuari voluit ut posset intrare.

\* 5. *Christi praitione.* Primus enim ille pro ipsius animam iam posuerat.

Primus manum miserat ad fortia Dux & Antesignanus.

Primus, variarum flagellationum quasi cultro excoriatus fuerat: Deindè vna atq; altera reinditione vestis, iterumq; iterumq; exutione, particulis hinc indè pellis suæ summo dolore reuulsi totus pelle exutus in Passione sua adparuerat.

*Psal. Conscidisti saccum meum.*

*Isai. Non erat species neq; decor,* agnosci nõ poterat vel à suis. Hinc illud Pilati, *Ecce homo.*

*Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Candidus animo, & corpore quoq; ante cladem illius noctis; sed *Rubicundus* propter suæ pellis, multis virgationibus, & vestium mutatione, receptione, depositione, post ea interualla ut possent corpori adhærere, auulsionem.

*Genes. 49. Lauabit in sanguine vna pallium suum*

*Isai. 63. Quare rubrū est indumentū tuum, & vestis*



*menta tua sicut calcantium in torculari? Torcular calcantibus solus.*

Ibid. *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra?*

Purpuratus totus tunc erat Christus, sed purpura sanguinis sui: & thoracem gerebat ruinosū, perforatum, & dissectum.

Voluit ergo hic miles ducem sequi, & eius imitari fortia.

Voluit hostire, & tantum pro tanto, quā quā potuit, reddere.

Voluit concolor illi esse, purpuratus & dissectus: omninoq; similibus indui cū Domino suo, ut adpareret eius in ipsū dilectio, & eadē vtriusq; esse religio, & (ut sic nūc dicā) factio & turma.

Factiones enim olim & turmæ militares, similibus armis, concoloribusque vestimentis ac sagis distinguebantur. Vnde illud:

*Mutemus clypeos. Danaumq; insignia nobis*

*Aptemus. Virgil. 2. Aeneid.*

Religiosos quoque vnius Ordinis mōx indicat vestis concolor & vniformis.

\* 6. *Spe certissima Resurrectionis & præmij.*

*Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Iob. 19.*

*Et rursū circumdabor pelle mea, &c.*

Quod solemus pueris dicere leuiter læsis. *pelle redituram*, i. renascituram, hoc sibi iste in tanto dolore. *Rursū circumdabor pelle mea.*

*Redemptor meus viuit, Dominus meus est immortalis, Deus viuus.*

*Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum reddere.*

Non

Non est Deus meus, vt Dij Gentium, mor-  
vel qui nunquam vixerunt.

Non ille moritur, cæterorum Regum infra  
quibus mortuis, inanes sæpè & irriti sunt labor  
militum & feruorum.

Sed nec mutatur vt cæteri.

*Seruitium Dominorum non est hereditas*, dicitur  
vulgato veroque prouerbio. Aut enim mutatur  
voluntas Dominorum, & ex beneuolis fiunt ma-  
leuoli & hostes, aut vt minimum refrigescunt, &  
sic nihil rependunt obsequijs superiorum tem-  
porum: aut moriuntur, nondum iustè doretis ser-  
uis, ac sic feruorum est irritus labor.

At Dominus meus nec animo, nec vita muta-  
tur; semper idem semper viuens, vt nihil mercedi  
meæ sit timendum.

*Scio quod Redemptor*, id est vindex & assertor  
meus viuitt, mei reparator, & lanionis mei vitor.

Hæc eadem spes resurrectionis mirè septem  
quoque Machabæos animauit ad perferenda om-  
nia feri Antiochi tormenta.

Aiebant enim: *Tu quidem scelestissime in presentem  
vita nos perdis: sed Rex mundi defunctos nos pro suis  
legibus in aeternæ vitæ resurrectione suscitabit.* 2. Ma-  
chab. 7.

Symphorianum adolescentem iam variè tor-  
tum, cum ad vltimum supplicium duceretur, Au-  
gustoduni Aureliano Imperatore, ita quoq; ma-  
ter sua inclamans admonebat: *Nate Nate, memento  
aeternæ vitæ: cælum suspice, & ibi regnantem intue-  
re: tibi enim vita non eripitur, sed mutatur in melius.*  
Breu. Rom. 22. Augusti.

Hac animatis facile est totam mortis calcare  
formidinem, Petrus Chrysol.

Cic. parad. 2 Mors terribilis est ijs, quorum cū vi-  
ta omnia extinguuntur; non ijs, quorum laus emori non  
potest.

Est granum frumenti mittere in terram, vt fru-  
ctum multum afferat, sic mori pro Christo.

Est ferrum feminare, vt aurum colligas. Est  
Alchymia lucrosissima. Fœnus quæstuosissimū.

Momentaneum hoc & leue tribulationis æternum  
gloria pondus operatur.

Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad fu-  
turam gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Nec pelli, nec vitæ suæ timere possunt, qui sci-  
unt fore, vt mortale hoc tandem induat immortali-  
tatem.

Illi pelli suæ timeant, qui ignorant, aut non  
credunt mortuos resurrecturos.

Cypr. ser. de Mortalitate. Moritimeat cui hoc  
mora longiore confertur, vt cruciatus eius & gemitus  
interim differatur.

Seminare hoc modo is formidet, qui sibi vi-  
detur arenæ semina mandaturus, non solū non  
allatura fœnus in messe, sed nec ipsa reditura.

Stupore digna res est, Christianum Resurre-  
ctionis certum, mortem posse metuere, nec sæpè  
dicere: Fiat pellis nostra quasi clibanus. Thren. 5.

Adurantur corpora nostra sicut tabernacula  
Cedar, sicut pelles Salomonis. Cant. 1.

Nostri bibit verum contracta cuticula solem. Iu-  
uenal. sat. 11.

Compluantur corpora nostra, sordibus pul-  
ueris

ueris obfuscentur, fulminentur, caniculae arboribus conscindantur sicut pelles, quibus sub Moyses tabernaculum solebat operiri (Exod. 36.) aut illae, sub quibus stabat arca foederis (2. Reg. 17. 1. Paral. 17.) pellem hanc hic vrat, hic fecit Deus; nihil hoc totum, quando quidem *rursum circumdabitur pelle mea, eaque gloriofiore, &c.*

Bar-ptolomeum certe nostrum haec spes & des fecit tam citae tamque dirae mortis contemtor. \* 7. *Innocentia.* Sciebat hoc se pati immerito nec laesis Superis, nec hominibus.

Hoc boni a malis in ferendis aduersis differunt, quod mali utcumque fortiter ferunt, cum meruerunt, vnde & haec saepe iactant:

*Qua venit indignè poena, dolenda venit. Quid.*

*Qua venit ex merito poena, ferenda venit. Idem.*

Boni verò ferre malunt immeriti, quàm meriti.

Deindè; Bonis volupe est mori, Conscientia ipsi mox mox à morte Caelum decernente: tristes malis, quod se Iudice hinc ad Inferos rectè transmigrant.

Cypr. ser. de Mortalitat. *Mori timeat, qui ad secundam mortem de hac morte transibit.*

Senec. ep. 104. *Mors iusti aeterni natalis est dies.*

### I I I.

*Qui possimus D. Bar-ptolomæum benè imitari,  
& qui malè.*

Felices qui hic Bar-ptolomæum benè imitantur, infelices qui malè.

Sciendum ergò, { 1. *Fortuna;*  
 vnicuiquetres { 2. *Natura;*  
 pelles esse, { 3. *Consuetudinis bonæ vel præuæ.*

\* 1. *Fortuna* pellem voco, hæc quæ nos circumstant bona, opes, honores, &c.

\* 2. *Natura;* illam quam hodiè tyrannus Barptolomæo detraxit, & præterea viro uxorem, quæ est *os de osibus eius, & caro de carne eius: & uxori virum suum.*

*Sunt duo in carne vna, vt loquebatur Adam.*  
*Genes. 2.*

Parentibus liberos, & parentes liberis.

*Pelle & carnibus vestisti me.* Iob.

\* 3 *Consuetudinis* voco bonos vel prauos mores, maximè æternos, id est, cõuersationem in publico; quia pellis hominis publica est & patens.

\* *De pelle Fortuna.*

\* j. *Benè ergò & salutariter* Bar-ptolomæum imitantur, qui pellem fortunæ contemnendo, patienter amissiones bonorum ferunt, non tantum cœlitùs contingentes, vt ipsius terræ sterilitate, aut aeris intemperie, vredine, grandine, tempestate, &c. ita volente Deo, vt lobo contigit, sed etiàm humanitùs obuientes, obpressione fortiorum, insolentia militum, iniuria bellorum, &c.

Qui gloria ac fama sua læsa, qui honoribus exuti, Magistratibus indignè moti, &c. fortiter ferunt.

Est enim & hoc quoddam martyrij genus.

Maximè si tollenti tunicam permittit & pallium.

\* ij. *Illi quoque, qui luxum vestium malè con-*  
*lue-*

fuetum abijciunt. Hæc enim hominem ornant  
pellis carnem.

\* iij. Illi quoque, qui pauperibus faciunt tunica  
pelliceas, de suis ipsorum pellibus, id est, parti  
viuunt, comedunt, bibunt, corpus vestiunt quæ  
iure possent, necessaria quoque aliquandò ori  
subtrahunt, vt pauperibus sit benè.

Hoc demum est ritè operire tabernaculum  
ipsam quoque arcam fœderis Domini pellibus  
hominem, in quo per gratiam & per Eucharisti  
am Deus sedem fixit, nudum vestire, pascere, in  
domum admittere. &c.

Illi dant partem pellis suæ, nec sine aliquo do-  
lore: quandoquidem necessaria quædam sibi sub-  
trahunt, neque aliter quisquam ferè solet quàm  
agrè labore parta & propria dispergere.

\* iij. Religiosi, qui semel & simul omnia dant  
pauperibus, aut relinquunt Christi solius amo-  
re.

Hi totam pellem exuunt, imò auellunt ac de-  
trahunt, quoniam non fit hoc sine magno conatu  
& agone.

D. Gregor. 35. moral. 22. Pellis, quam dat homo  
pro anima sua, designat diuitias, & omnia tempo-  
ralia propter Deum relinquenda.

\* De pelle Natura.

\* j. Illi pellem suam exuunt, qui non faciunt  
carnis curam in desiderijs.

Qui non curant cuticulam, .i. genio non indul-  
gent. Negant carni quod appetit, eius edomanda  
studio.

*Carnis curam ne feceritis in desiderijs.*

Cùm

Cùm dicere potest quis: *Pelli mea consumptis carnis adhaesit os meum, & derelicta sunt tantummodò labia circà dentes meos*, ob ieiuniorum, vigiliarum, humi dormitionum, l. borum assiduitatem.

Cùm laboribus Dei amore susceptis, canescit quis, aratur rugis ante ætatem, vt Christus, quem 50. annos habere credebant Iudæi, qui 33. aut circiter dumtaxat erat annorum.

*Ieiunium vetustam fecit pellem meam.* Thren. 3.

Cùm tota facie, totoque corpore nihil apparet, nisi mortis imago, & cutis est instar pergamenæ pellis, quæ post conceptum humorem igni admota est, & inde facta contractior.

Thren. 4. *Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Adhaesit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum.*

Cùm humi dormitionibus, cilicijs, peregrinationibus caro est decolorata.

*Pellis nostra quasi clibanus.* Thren. 5.

*Sordibus pulueris cutis nostra aruit.*

Cùm quis non lauatur, non vngitur, non comitur, non colitur &c.

Cùm voluptarijs omnibus victu vestituque spretis, ægrè necessarijs vtitur.

Quæ res maximè nos voto castitatis, & Sacerdotio reuinctos decet. *Forma viros neglecta decet.*

*Fine coli modico forma virilis amat.* Ouid. Religiosorum maximè.

\*ij. *Item illi, qui propter Euam suam non peccant in Deum, id est, Non obediunt voci vxoris suæ plus quàm Dei, vt olim Adamus.*

Vxores eatenus viris suis morigeræ, quatenus iussa eorum diuinis non aduersantur.

Parentes qui sic amant liberos, & liberi qui redamant parentes, vt amorem illorum sint composituri, cum aduersus amorem & caritatem Domini militabit.

Id est, egregiè quoque & fortiter pellem naturæ exuere.

Id est, Iosephi instar relinquere pallium in manu Domine petulcioris. *Genes. 39.*

Et adolescentem imitari, qui relicta sindone nudus profugit ab eis qui Christum iam vinctum timebant, seque propemodum ceperant. *Marc. 14.*

\* De pelle consuetudinis bona vel praua.

De mala dicitur: *Si mutare potest Aethiops pellem suam, & pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Ierem. 13.*

De ea quoque est illud Christi: *Estote prudentes sicut serpentes*, eorum scilicet instar veterem pellem, aut veterem hominem exuendo, id est, pristinos mores malos, prauas consuetudines, affectus inordinatos, saltem prauam conuersationem externam, deserendo, quæ ferè tam firmiter animo, quàm corpori pellis adhærent, nec minus ægrè deponuntur.

\* j. Illi exuunt eam, qui ex ebriosis fiunt sobrii, ex libidinosi casti, &c.

*Qui furabatur, iam non furetur.*

*Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*

*Colos. 3. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione eius, qui creauit illum.*



Ex Saulo Paulus esto: ex lupo rapace, ouis: ex persecutore Ecclesiæ, protector: ex Mimo & thymelicæ artis magistro, mysteriorum Christianorum irrisore, serius laudator, & professor, & martyr, vt Genesius quidam sub Diocletiano Imp. Martyrol. Rom. 25. Augusti.

\* ij. Illi quoque, qui hypocritin deponunt, & superficiem illam solam apparentis virtutis. Cutis cutis est, tota exterior conuersatio.

Sunt enim quidam instar Jacob hædinis pellibus contacti, vt Isaacum fallant, & Esau debitam benedictionem interuertant. id est, vt ante dignissimos ac meritissimos quosque promoueantur.

Quibusdam vox quidem vox iacob est, sed manus, manus sunt Esau, pellium non suarum obtentu.

Matth. 7. Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus aut sunt lupi rapaces, valdè personati sunt.

Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.

Loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. psal.

A fini operti pelle leonis, sed auribus oblongis eminentibus sæpè detecti, vt quondam asinus ille fugitiuus, qui apud Cumanos aliquam diu se gessit pro leone, vnde etiã ortum est illud prouerbium ὁ ἀσινὸς παρὰ κυμαῖς, id est, asinus apud Cumanos, in indoctos alinos ignotis in pretio habitos.

Qui dolis illis & fictionibus extremum vale dicunt, & re vera ac seriò virtutem consecretantur, illi pulchrè pellem exuunt & Barptolomæum imitantur. Et malit Deus eiusmodi pelle nos

nos spontè exuere, quàm pelle naturæ per  
exui à Tyranno.

Non enim doloribus nostris & sanguine  
lectatur, sed morum conuersione & sanctitate.

Nullò autem modo illi imitantur, à quibus  
obolum quidem pauper possit extorquere, non  
detritam, non laceram, ac residem vestem.

Qui Naturæ pellem & cuticulam sic cum  
cultu victuque, vt nihil illi sufficiat; quomò  
superfit, vt Lazarum pascant, vestiant?

Quandò pellem Naturæ dabunt, qui ne vestem  
quidem, aut bona à corpore remotiora, neq; par-  
tem corpori necessariam (vti est pellis) dare pos-  
sunt? Tanti enim non est Fortunæ pellis, quàm  
pellis Naturæ. Alterius, quàm alterius, est qui que  
tenacior.

Si ægrè superpellicium suum dederit auarus  
aliquis Sacerdos, aut chirothecas pelliceas, ex pellibus  
tamen alienis; quando daturus est ille pellem  
suam?

Qui superflua nulla dat, nunquàm daturus  
detur inopi, quæ ducit sibi necessaria, aut quibus  
ferè tam ægrè, quàm pelle sua, potest carere.

Vt enim *corpus* & *pellis* sunt *plus quàm vestimen-  
tum*, ita plùs aliquid est dare sibi necessaria, quàm  
superflua. *Matth. 6.*

Ah! miseros, qui excoriari se viuos putant, cùm  
elemosyna aliqua ipsis indicitur, imò & restituo!

Et tamen, Auditores, nouissima ista tempora  
exigunt eiusmodi decorationes nostri spontaneas:  
vt primitiua illa robur & patientiam ad deco-  
ria-

riationes illas cruentas per Tyrannos.

Si defunt nostris temporibus Tyranni, qui nobis pelles Naturæ detrahant inuitis; detrahamus ipsi nobis tantò libentiùs ac diligentius pelles Fortunæ, & Consuetudinis prauæ.

Tyrannus noster sit, & nostræ pellis fortunæ detractor & Ianio, Misericordia.

Pro pelle Naturæ, detrahat nobis pellem Fortunæ, quâ pauper vestiatur.

Parciore pellis, simus vestium liberaliores.

Sed, heu! quorundam vestes tam adhærēt corporibus eorum, & cordibus, quàm carni Bar-ptolomæi sua pellis. Imò difficiliùs illæ, quàm ista detrahantur.

Quorundam pellis Fortunæ videtur tam incōsutilis contexta per totum, quàm ipsa vestis Christi, vt in partes diuidi, & distribui in pauperes non possit. Sorte aliqua vnus potestatem expectat.

Itaque aliquando Deo auaritiâ vlciscente, excitatur diabolus nescio quis ab Inferis, Tyrannus aliquis, aut miles insolens è castris, qui pro pelle Naturæ auaro detrahit simul ac semel totam vestem Fortunæ, nullo merito exuti, magno ludibrio exuentis, magno sæpè gaudio spectatorû, nullo tamen pauperum retrigerio.

Quod volens Christo non dabis in pauperes nolens fisco dabis, aut militi.

An non exuere magis hanc pellem expedit, quàm exui?

Relinquere hæc magis expedit, quàm relinquere, ait Bernard. serm. de colloquio Simonis Petri.

\* 2. Neque imitantur, qui carnis curam faciunt in

desiderijs, qui ducunt in bonis dies suos. Quibus  
 verterunt in diem, in popinis, in balneis, in  
 neis.

Qualis ille fuit, qui sic de se:

*Me pinguem & nitidum benè curata cute vises,*

*Quum ridere voles Epicuri de grege porcum*

Horat. lib. 1. ep. 4. ad Tibullum,

Ventres, & vtres, non homines.

*Baratra macelli. Telluris inutile pondus.*

\* 1. Imitantur verò & pellem quoq; deponunt  
 sed prauissimè à probis moribus in malos de-  
 nerant, qui ex ouibus fiunt leones: vnas dare solent  
 dant labruscas.

\* 2. Qui pelles veteres pelliceas, & cultum co-  
 poris simplicem materia formaque exuunt, vt  
 uum, pretiosum, & luxuriæ vexillum adsumant

\* 3. Quæ conantur repuerascere aut reiuuere  
 cere, & velut veterem pellem exuere serpentes in-  
 star, nescio quibus nouis artibus. vnguentis, &c.

Auditu non ita pridem accepi, fuisse ab alicui  
 annis mulierem quandam nobilem, quæ vnguen-  
 tis succis, & nescio quibus artibus, sibi pro cutem  
 totam renouari, vt multò iunior appareret, & fieret  
 caro eius, vt caro paruuli, reuocata  
 vt aquila iuuentus tua sc. ò bona Domina.

Quis tibi det succos, per quos reuocata sententia  
 In florem redeat primosq; recolligat annos? Quæ

7. Metam.

Quod sathanicum hoc genus est inuentum  
 aut votum pellis exuenda! bone Deus! vt scem  
 sic vitam amet! sic pulcritudinè, sic amplexus  
 Credo; talis Medeam etsi Magam adiret, cito

vt olim Aeson, soporandam, incantandam ac iugulandam daret, vt reiuueneret. *Ouid. 7. Met.*

Noribergam nudipes iret, ad balneum illud, vbi fabulatur fenes & vetulas lauantes iuuenescere.

In nouum vsque orbem in Bonnicam insulã, genibus & reptando iret, vbi fons esse dicitur, qui homines effœtos restituat. *Meminit Petr. Martyr in suis decadibus.*

Redderet aurum suum potabile, & gẽmas anulofq; omnes liquaret, vitæ studio.

\* 4. Item, illæ quę pigmentant facies suas cerussã, purpurisso, &c.

Id quidem est, veterem pellem quasi abigere, & deponere, sed est pro veteri Dei creatura, crustum & cerussam, & diabolicam quandam pellem superinducere, magno sanè peccato.

*sic barba comæq;*

*Canicie posita, nigrum rapuere colorem.*

*Pulsa fugit macies, abeunt pallorq; situsq;*

*Adiectaq; caua subplentur corpore rugæ,*

*Membræq; luxuriant. Ouid. 7. Metam.*

Hoc est corporis ac cutis studio, pretiosas animas perdere, suam ipsius ac proximorum.

*Vide D. Cypr. latè serm. de habitu Virginum.*

Studerent potius veterem animæ pellem exuere, mores improbos corrigere, repuerascere simplicitate, ac sic vitam instituere, cuiusmodi est infans, cuius est vnus diei vita super terram!

Vngerent, lauarent potius animæ fœdam faciem!

S. Bar-ptolomæe, Amice Dei Omnipotentis, Legate Christi fidelissime, doce, doce, hodie istas, &

istos erroneos, aliter & salutaris pellem suam  
uere, instar tui.

Doce mulierculas has stultissimas, & delinquentes  
adolescentes, si pellem Naturæ sibi detrahant, & de  
& vncis Tyranni pati tecum non possunt; vt  
maneant saltem & quiescât in eadem propria  
pelle, viuant vtrique contenti suâ sorte, & pro  
tudine innata, non prauè abigant, aliam furtim  
ducant.

Naturalem, & minimè criminofam pellem  
non conentur exuere, vt criminofam sibi induant.

Effice precando; vt quàm purpurandæ &  
mendandæ pellis Naturæ sunt studiosæ sitis & is  
tàm sint animarum virtutibus exornandarum  
riofis!

Obtine; vt quàm cauent fœminæ pileis, pep  
& laruis sericis, ne pellem faciei suæ sol decolor  
tàm studeant ne vllis vitijs earum animæ a dehone  
stentur.

Obtine; vt cuncti veteres maiorum pelle  
cultus illos modestos resumant, & nouas suas  
les nouosq; cultus prorsùs exuant, ne nescio  
Astyages omnes tandem per vim illis exuat.

Obtine nobis pellis pulcræ, id est, gloriæ  
poralis contemptum. Vide Bernard. sermon. de  
carne, &c.

Et quandoquidem iam abundè peccauimus  
mnes; sic sit nobis vsui pellis tua, vt pro scuto  
pelta pellita aduersus iram Dei esse possit.

Sub vmbra pellis tuæ, & sub meritis passio  
ac Martyrij tui tuti esse possimus ab ira, quâ  
fusè meruimus, vt tabernaculum & arca facta

sub pellibus à cœli intemperie,

Scio pelles animalium rubricatas Deo placuisse (Exod. 25. 26.) Multò verò magis tuam bis tinctam, bis rubricatam Christi, & tuo sanguine.

Si vis, potes nos à Dei ira tueri.

Amantium, & amicorum gratiæ reciprocae sunt,

Quanto Christi tui amore arseris legitur magnis & rubricatis sanguinis tui literis scriptum, in pergameno virgine & candidissimo tam colore, quàm merito, pellis tuæ sacræ,

Idem ergò tibi & tanto amori obtestanti pro nobis nihil est negaturus.

---

*Palea & mica.*

\* 1. *Contra novos cultus, & contemptum tunicarum pellicearum Adæ dici aliquid tale possit. Quando pellem Naturæ detrahi nobis pro Christo pateremur, qui pelles fortunæ & luxum vestium, toties rogati à Concionatoribus nolumus pro Christo exuere?*

Propert. lib. 4. *Pellicos habuit rustica chorda Patres.*

\* 2. *Bartholomæus in maiorem Armeniam profectus, Lycaonas populos ad fidem conuertit, (vt auctor est Chryostomus hom. de 12. Apostol.) Idem de Albanis tradit Sophronius apud Hieron. de scriptoribus Eccles.*

Citerioremque Indiam penetrasse Origenes testatur, atque Socrates, & alij, certamque fecit de his fidem Pantænus philosophus Christianus, qui

peregrinatus ad Indos, memoriam de Bartholomæi prædicatione virètem adhuc reperit, & Bartholomæi Euangelium ab eodem Apostolo illuc delatum, secum Alexandriam detulit. *Euseb. i. hist. & Hieron. script. Eccles. in Pantano.*

IN FESTO SS. COSMÆ ET DAMIANI, Aueinis, in Templo superiori  
1614. hora 7. antemeridiana, Medicis eius vrbis Boskhierum  
poscentibus.

*Thema: Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constituti tamen eius qui præteriri non poterunt. Job 14.*

**Q**uoniam hodiè (Auditores &c.) celebramus diem festum duorum Sanctorum fratrum eorumque Geminorum; natione Arabum, nati tamen Arabicæ rapacitatis spirantium, sed matrem liberalium in pauperes; origine, Aegæorum seu ex Aegea ciuitate; matre Theodata natione conditione, Medicorum; Religione Christianorum; Fine, Martyrum Christi, & quidem multo tres martyrum: (Nam cum primùm agniti sumus Christiani sub Diocletiano & Maximiano Imperatoribus & Lysia Præsidente,

\* 1. *Vincti, equiteo suspensi, & torti, quod illi nolent Dijs sacrificare, sed illæsi;*